



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Signa exteriora per quae Valdenses haeretici cognoscuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Signa exteriora per que Valdenses heretici cognoscuntur.

Aldeles heretici, seu Pauperes de Lugduno, sine Inzabbatari, q iude sunt per signa huiusmodi cognoscuntur. Valdéses se vocant, seu Pauperes de Lugduno a ciuitate Lugduni, in qua principium habuerunt a quoda uo...

Signa exteriora per que Beguini, vel Begardi, seu Fraticelli heretici cognoscuntur.

Beguini heretici, seu Fraticelli, vel Begardi, seu Fratres Pauperes, siue Fratres de penitentia, qui iude sunt, signis huiusmodi cognoscuntur. Isti tertiam regulam beati Francisci se tenere & profiteri asserunt, vestem de burello aliqui cum mantello...

laru sibi faciunt & adunant: quibus de postilla fratris Petri Ioannis super Apocalypsum, per Ecclesiam condemnata, & de alijs opusculis eiusdem: & presertim de transitu dicti fratris Petri Ioannis, eis in vulgari de nocte & secrete legunt, Hi qua plurimu uenenati sunt, & multu Ecclesie Dei se opposuerunt de preterito, & opponunt etiam de presentu.

Quantus autem istorum hereticorum Begardorum error fuerit, atque sit, & impietas, experientia docet rerum omnium magistra, & habetur supra in secunda parte. q. 15. ubi agitur de erroribus & haeresibus Begardorum.

Signa exteriora per que heretici reuidantes dignoscuntur.

Reuidantes heretici, seu conuersi de iudaismo, & reuersi mente & secrete ad iudaismu, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro Ecclesia intrat. Iudaismu siue locu, in quo morantur Iudaei frequenter Iudaeis se associant: a Christianorum consortio se elogant: cum Iudaeis in eorum festiuitatibus ubi comode possunt, comedunt: carnes porcinas non edunt: diebus ueneris carnes comedunt: sabbatum colunt: diebus Dominicis secrete in domibus suis operibus seruilibus se exponunt.

Quanta autem sit nequitia & malitia, error & impietas istorum peruersoru ad ueritu redeuntiu, habetur supra, secunda parte, q. 44. ubi agitur de erroribus, & haeresibus ad iudaismu reuersoru.

COMMENT. XXV.

Reuidantes heretici, &c. & reuersi mente secrete ad iudaismu, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro ecclesia intrat, &c. Hic locus est valde insignis, & eius notitia utilis & necessaria ad cognoscendum tuos, qui ex iudaismo conuersi Christiani facti sunt, & iterum ad iudaismu reuertuntur, vel ad praesumendu q qui talia faciunt, aut aliquid ex his que hic enumeratur ex iudeorum gente descendat, aut originem ducat. Huius doctrina vsus in illis potissimu locis est necessarius, ubi Iudaei habitare permittuntur in terris Christianoru, & sepe nonnulli ex ipsis ad fide catholicam conuertuntur, ut frequenter contingit Romae. Cu ergo aliqui ex iudaeo effectus Christianus aliquid horu committit, ut refert hic Eymericus, praesumendu est, q tacite ad iudaismu sit reuersus, & propterea Inquisitor aduersus illu procedere poterit.

His autem signis exterioribus adiungi potest illud quod reulit auctor supra par. 2. q. 44. nu. 6. dicens solitu esse apud Hebraeos, ut reuersis seu redeuntibus ad eorum sectam imponatur frequenter illud nome q habebant antequam baptizarentur. Si quis ergo post baptismu susceptum, in quo solitu est deponi uetus nome iudaicu, & imponi nome allicius sacri more uisitato Christianoru, eo demisso neophytus ille aut uetus nomen iudaicu, aut aliud iudaeis familiare & consuetu usurpet, sane praesumptio erit, q iudaismu approbet, ut docuit Crauetta con. 73. incip. Dicendu uideretur de quo diximus abude sup. p. 2. sup. dist. 9. 44. s. Et imponitur

Neophytas utrens post baptismum susceptum, nomine antiquo, suspectus praesumitur.